



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 23. Philippi II. edictum contra Protestantes e Belgio Aquisgranum  
confugientes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

mulgaret. Annuit Rex, eisque in hoc Sæcul. XVI.  
edicto exprobrabat, quod spretis Cæsa- A.C. 1589.  
reis mandatis contra pacta, quæ de ve-  
teri Religione sarta, testaque servan-  
da, nec aliis novis admittendis cum  
ipso inierant, nunc Catholicam, Apo-  
stolicam, Romanam religionem abo-  
lere, perniciosamque Calvinianam  
sectam, aliasque novas introducere,  
Senatumque ex hominibus suæ factioni  
addictis constituere, necnon subditos  
ipsius e Belgio exulantes recipere præ-  
sumpsissent.

### §. XXIII.

#### *Philippi II. edictum contra Protestan- tes e Belgio Aquisgranum confugientes.*

Propter has, aliasque rationes Phi- Thuan. ibid.  
lippus Rex eisdem denuntiabat,  
quod eis privilegia omnia, libertates,  
immunitates, quæ a Brabantiae, &  
Limburgi Ducibus acceperunt, adime-  
ret: insuper declarabat, quod tunc,  
dum subditis suis e Belgio discedendi,  
& in locis liberis, atque neutri parti  
addictis habitandi, ac bonis suis fruendi  
potestatem fecit, nunquam hujus op-  
pinionis fuerit, ut in urbe Aquisgranensi  
commorari possent: itaque mandabat  
Rex, ut aut domum redeant, Majo-  
rum in Religione ibidem victuri, aut  
faltem

Sæcul. XVI. saltem Aquisgrano excedant, atque  
A.C. 1589. alio commigrent intra quadraginta dies  
qui post publicationem editi Antverpiæ, & Trajecti factam computarentur  
alioquin fore minitabatur, ut bona eorum, quæ in Belgio possident, tanquam  
perduellum ærario publico addicantur

Verum hoc editum graves concitatbat tumultus, quippe Principes Protestantes ad Cæsarem quosdam rogatum ablegabant, ut hæc dissidia sopire vellet: ast Cæsarea sua Majestas respondit, quod vel ipsamet eorum postulatis satisfacere, vel desuper suis Deputatis curam committere velit: interea Cæsar ad Philippum hac super re literas dabant, eundemque de perversa Protestantium Ordinum mente eo fine certiorem reddebat, ut is, quantum in ipso esset, malo indies magis, ac magis ex crescenti remedium opponeret.

Iisdem quoque Deputatis erat injunctionum, ut apud Cæsarem pro Argentinensibus Canonicis deprecarentur, eumque rogarent, quatenus is, ne obreditus Catholicis ablatos censuris urgenterentur, præpedire vellet, juberetque, ut hoc dissidium per Deputatos neutri parti suspectos amica via compliceretur, præcipue vero Austriaci, & peciatim Viennenses Ordines petebant, ut Augustanæ Confessionis libera professio,

fessio, sicuti ceteris Germaniae Ordini- Sæcul. XVI.  
bus, ipsis concederetur, verum eorum A.C. 1589.  
petitiones Cæsar generali responso elu-  
sit, cum amplius de iis cum suo Senatu  
deliberandi spatium sibi concedi po-  
stularet.

## §. XXIV.

*Nova secta in Syria, ac seditio Con-  
stantinopoli suscitata.*

Hoc item anno Syria vehementibus Thuan. l. 96.  
agitabatur motibus ob novam Ma- Mezer. con-  
hometanorum sectam, quæ Amurathem tin. de l'hist.  
Turcarum Imperatorem in magnas con- de Turcs de  
jecerat angustias; jam enim hæc pe- Chalc. t. 3.  
stis per universam Palæstinam usque ad Ægyptum se se diffuderat: igitur in  
hos rebelles Assan Janissarorum, seu  
Prætorianæ cohortis Præfectus, una-  
cum classe ad hanc expeditionem in-  
structa movere jubebatur: interea vero  
hi iidem Prætoriani tam Amurathi,  
quam imperiali ipsius Metropoli exci-  
dium, ruinamque minitabantur, nisi  
Ibrahimum ipsius Sultani clientem, ac  
Romaniae Præfectum eis consignaret:  
porro hac petitione Sultanus novis ob-  
ruebatur curis. Hic idem Ibrahimus ni-  
mia, qua Imperatoris animo domina-  
batur, auctoritate sibi omnium Mini-  
strorum invidiam, odiumque accerse-  
bat, unde hi in ejus excidium conspi-  
rabant;